This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lc
7
481

Lc 7.481

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 26 Apr. 1899

Sc 7,481

Jahresbericht

der

Fürsten- und Landesschule St. Afra in Meissen

vom Juli 1884 bis Juli 1885,

womit zugleich

zur Feier des Stiftungstages

den 3. Juli

ergebenst einladet

Dr. Hermann Peter,
Rektor und erster Professor, Ritter des Königl. Sächs. Verdienstordens 1. Klasse.

Voran geht eine Abhandlung des Prof. Dr. Fleischer:

Quaestionum de bello Hispaniensi criticarum pars altera.

MEISSEN,
gedruckt bei C. E. Klinkicht & Sohn.
1885.

1885. Progr. Nr. 494.

Sc 7.481

HARVARD COLLEGE
APR 26 1899
LIBRARY.

Constantinus fund

PRAEMITTENDA.

Quaestiones criticas ad emendandum incerti scriptoris librum, qui inscribitur *Bellum Hispaniense* spectantes ex quo tempore primas in *scholae Misnensis annalibus* anni MDCCCLXXVI, alteras et tertias et quartas in *annalibus*, qui nunc eduntur a *Fleckeiseno* viro doctissimo *tom.* CXVII p. 273 sqq. et *tom.* CXIX p. 849 sqq. et in *schol. Misn. ann.* anni MDXXXLXIX publici iuris feceram, tribus imprimis libris interim editis nova illius libri in commodiorem statum revocandi parata sunt praesidia. Optime enim de eo libro meriti sunt cum Siegmundus Preuss, qui conscripsit librum *Vollständiges Lexikon zu den pseudo-caesarischen Schriftwerken*, tum Iosephus Degenhart libro, qui inscribitur *De auctoris belli Hispaniensis elocutione et fide historica* composito Albrechtusque Koehler libro *De auctorum belli Africani et belli Hispaniensis latinitate* scripto. Namque cum alter — ut ab eis, quos altero loco nominavi incipiam viris — et elocutione et fide historica scriptoris diligenter examinata ostendisset, caeco Caesaris studio et amore adeo praeoccupatum esse animum eius, ut non modo ea facta, quae Caesari nescio an non fuerint laudi decorive, aut omnino omitteret aut consulto fucaret, sed etiam vitia, peccata, scelera Pompeianarum partium usque quaque augeret et exaggeraret, alter scriptoris sermone cum aliorum id genus dicendi scriptorum collato, quae sermoni vulgari essent peculiaria, haud mediocri exposuit iudicii subtilitate. Unde efficitur, ut utrique eo quod quarum potissimum rerum in emendando libro rationem haberi oporteret docuerunt, totius libri emendationi magno fuerint usui atque emolumento, ille exemplis ex ipso libro petitis comprobans in emendandis locis quibusdam corruptis laudem Pompeianarum partium a viris criticis emendatione illatam omnino esse evitandam, hic exemplis aliunde allatis demonstrans non paucos locos, quos qui bellum Hispaniense ediderunt viri docti in dubitationem vocandos esse censuerant, ex usu sermonis vulgaris emendatione non indigere. Tertio vero, quem supra attigi libro a Preussio composito eximium adiumentum esse datum cum non sit, cur pluribus exponam, unum alterumve velim liceat mihi afferre argumentum, quo quantae iste liber nobis sit utilitati, confirmetur. Sunt aliquot loci, quos emendare cupientes Nipperdeius, Kraner, alii usi sunt particula *ac* sive *atque;* neque tamen teste Preussio haec particula in illo libro usquam nisi uno loco atque eo corrupto

invenitur. Quid quod ne hoc uno quidem loco meliores codices cuncti eandem exhibent scripturam *Ac*, nam TFV habent *Hac*. Ex quo illas coniecturas stare non posse apparet. Idem vir doctus mihi persuasit, perperam me in *ann. Misn.* anni MDCCCLXXVI p. 22 scribendum proposuisse *illi* pro *Galli*, quo pronomine et absolute et contrarie posito exemplis, quae collegit Preussius inter se collatis a scriptore neminem significari perspexi nisi *adversarios*.

Ita factum est, ut illis libris adiutus non possem non intellegere, cum alios, tum me ipsum in emendando haud raro erravisse. Accedit, quod et ipse per hos proximos annos nunquam destiteram miro illi libro, quoad possem, operam impertire, ut et nonnulla a me antea tentata denuo tractare cogerer et haud pauca nova me addere posse sperarem. Namque adeo non me erravisse pudebat, ut meum esse arbitrarer et ab aliis mihi datis et quae ipse mihi pararam subsidiis nisum, quos aut a me aliisve non recte emendatos esse aut adhuc in libros corruptos remansisse locos persuasum haberem, de integro examinare et quid de eis iudicarem proponere.

In significandis codicibus eis usus sum litteris, quibus usus est Duebner.

I, 5. 4.

Ita pacis [sic codd. praestantiores praeter T *paucis*] *commoda hoste hortato maiores augebantur copiae.* Iniuria haerere Duebnerum in voce *hoste,* quod eo loco de hoste sermo esse non possit, ex eis intelligitur, quae Degenhart p. 44 sqq. exposuit „*Scriptorem ... Pompei rebus non aeque favere ac Caesaris satis demonstratur ipso singulorum verborum usu.*" Quin etiam non veretur hostes appellare *latrones* 1, 4. 40, 5. Ut igitur per totum librum, quarum sit partium, ipsis, quibus utitur, significat verbis, sic etiam in ipso limine operis se a Caesare stare ideoque Pompeianos sibi esse hostes dilucide indicat. Erant praeterea, qui *hoste hortato* non ferendum iudicantes ablativum absolutum coniectura removerent. De genere verbi autem non posse dubitari cum eis, quae Koehler p. 25 sqq. contulit, comprobetur exemplis, equidem satis habeo ablativos absolutos in ipso libro obvios afferre, qui plane neglegunt strenuam, quam grammatica exhibet regulam 1, 4 *ut eo de medio sublato ex eius pecunia latronum largitio fieret* 38, 5. *Hoc saepius facto animadvertebatur nostro magno id fieri periculo.* Restat ut disseramus de corruptis illis verbis *pacis* sive *paucis commoda.* Coniecturas antea propositas cur probare non possem ut *Jahrb.* CXIX p. 861 docui, ita nec Duebneri *Ita partitis* sive *nactis* (latronibus illis) *commoda, horum tanto maiores augebantur copiae,* nec Dinteri *Ita haud paucis compendio captis* coniecturis opus esse censeo. Neque me ipsum antea sinceram scripturam invenisse mihi persuasi l. a. suspicatum *pacis* mutilatum esse ex *facili* nisum illa, qua maxime laborant codices belli Hispaniensis cum incipientium tum exeuntium syllabarum mutilatarum pravitate. Degenharti enim libro lecto illud *facili* nequaquam accomodatum esse ad maledicum acerrimi conviciatoris sermonem non potui non intellegere. Ex quo efficitur, ut scribendum proponam *Ita praris commodis hoste hortato.* Compendium *pra* syllabae est $\overset{a}{p}$. Quodsi in archetypo erat $\overset{a}{p}$*ris,* non difficile est ad intellegendum, quemadmodum ortae sint falsae illae scripturae *pacis* et *paucis.*

In eis, quae antecedunt duce Nipperdeio editores secluserunt *de Cn. Pompeio.* Quibus verbis sublatis cum vim sententiae omnino deleri Degenhart p. 48 perspicuis docuerit argumentis, ego ne quid dubii relinquatur, hoc unum addo, in omnibus fere ulterioris Hispaniae oppidis fuisse duas factiones, alteram Pompeianorum, alteram Caesarianorum. Itaque offensioni esse non potest, in illis oppidis, qui Cn. Pompeio portas clauserant, fuisse cives de eo ipso optime meritos.

II, 2.

Ad fulciendam sententiam, quam *Jahrb.* CXIX p. 861 de neglegenda lacuna a Nipperdeio post verba *qui certiorem Cn. Pompeium de Caesaris adventu facerent* significata protuli, mihi tanti est omnia componere libri enuntiata eadem laborantia structurae hiulcatione. Est autem ea dicendi consuetudo, quam etiam apud nostrae gentis homines infimo loco natos

valere saepissime observavi, ut cum propter ingenii aut memoriae angustias cuncta, quae sunt pronuntiaturi, neque mente componere possint neque ratione et via in unum collata proferre, non nisi ea, quae sunt proxima, proximo proferant enuntiato. Quo enuntiato clauso cum in mentem veniat aliarum rerum, quae ad confirmandam sententiam vel complendam narrationem valere videntur, haec nova non dubitant antecedenti enuntiato ita adiungere, ut enuntiatum iam clausum molesto additamento augeatur, verbum autem si opus erit, ex eo subaudiatur oporteat. Elegantioris sermonis est, eiusmodi supplementa novo enuntiato conformato adiungere, rudis vero et rustici hominis panno tamquam breviori vestimento assuto imperfectum complere enuntiatum. Exempla autem sunt haec.

2, 2 *quod necopinantibus adversariis eius provinciae potitus esset simulque quod tabellaris* [sc. potitus esset].

8, 2 *Nam fere totius ulterioris Hispaniae regio propter terrae fecunditatem † inopem difficilemque habet oppugnationem et non minus copiosam aquationem*, quae postrema verba subaudiri necesse est ad ea, quae praecedunt *propter terrae fecunditatem*. Nec transponenda sunt, quod fecit Nipperdeius, nec ante *copiosam* inserendum est *ob*, quod inseri voluit Kraner. Dinstingue autem commate post *oppugnationem*.

12, 2 *qui ante cum Fabio et Pedio fuerant et Trebonio.*

23, 8 *ut ex nostris praeter duos centuriones sit nemo desideratus gloria se efferentes.*

30, 7 *Hic decumani suum locum, cornu dextrum tenebant sinistrum tertia et quinta legio itemque et cetera auxilia et equitatus.*

31, 11 *Adversarium aquilae sunt ablatae XIII et signa et fasces.*

34, 1 *usque eo, ut clamor in castra nostra perveniret fere inter Caesarianos et inter Pompeianos.*

III, 6.

Recte me fecisse, quod tutatus sum in *ann. Misn.* MDCCCLXXIX p. 65 codicum scripturam a Nipperdeio coniectura mutatam *quem vis tempestatis ita obscurabat, ut vix proximum agnoscere posset* — *obscurandi* enim in verbo inesse videtur notio *obcaecandi* e Graeca lingua translata — etiam inde elucet, quod proximum enuntiatum incipit ab his verbis *Cuius incommodum summam utilitatem ipsis praebebat.* Etenim Nipperdei scripturam approbans sive illud *possent* ad Caesarianos sive ad Pompeianos pertinere censes, nihil est, quo referatur pronomen *Cuius.*

Verba, quae subsequuntur *Ita cum ad eum venerunt* quomodo sint interpretanda, loco allato ostendi. Neque tamen possum, quin verba mire dicta *ad eum* in suspicionem vocem; proinde scribas velim leni mutatione *eodem.* Tum omnia sunt plana. Pertinet autem *eodem* ad praesidia Pompei supra commemorata *Qui cum ad Cn. Pompei praesidia venisset.*

III, 9.

Sic in illo facto cum inscientibus accidisset, existimant prope magna pars hominum, qui in his castris fuissent, se prope captos esse. Haud pauci offenderunt in utroque adverbio *prope.* Nec iniuria. Dubium esse non potest, quin alterum nuperrime emendaverit recte A. Eussner *Münchner Jahresbericht für Alterthumswissenschaft* XXXV p. 152 (1883 II) scribens ‚probe *magna pars*' cfr. Koehler p. 46 sqq. In altero autem adverbio item corrupto,

quod uncis secludere solent viri critici. latere puto *profecto*, quo verbo saepius utitur scriptor B. H. cfr. 25, 7 *quorum pugna esset prope profecto* + *dirempta* 26, 6 *Profecto nostro commeatu privati . . . descendent.*

IV, 1.

exque itinere loricatos viros fortes cum equitatu ante praemisit; qui simul in conspectum oppidi se dederunt cum equis recipiuntur. Oudendorpio duce editores *cum* ante *equis* exstans deleverunt. Sed timeo, ne non recte fecerint. Nescio enim, an scriptor eam imitatus sit constructionem coniunctionis *cum*, quam invenimus post enuntiata primaria, quae exhibent adverbia *vix*, *paene* alia eiusmodi. Ante *cum* commate interpungendum est.

V, 1. 2.

Caesar cum ad flumen Bactim venisset, neque propter altitudinem fluminis transire posset, lapidibus corbes plenos demisit: ita insuper ponte facto copias ad castra tripartito transduxit. Tenebat adversum oppidum e regione ponit trabes ut supra scripsimus, bipartito [sic codd. compendio scriptum: *tripertito* habet V]. Oudendorpius pro *ponit* scripsit *pontis*, quod est in δ, Clarkius *castra* pro *trabes*. Utrumque cum antea probaverim, re iterum iterumque pensitata nunc hoc repudio, illud ex parte nunc quoque teneo; idem *ad castra* retinendum puto a Kranero additamentum reiectum, quo de anticipationis hellenismo disserui in *ann. Misn.* MDCCCLXXIX p. 66. Iure autem Kraner id mihi contendisse videtur, verba *ponit trabes* turbata verborum serie aliunde eo esse profecta et pertinere ad verba, quae praecedunt *lapidibus corbes plenos demisit*, in quibus trabes ponebantur, ut pons fieret. Forsitan coniunctum fuerit cum illis verbis *insuper* adverbium, quod nunc legitur post *ita*. Neque difficile est ad intellegendum, quomodo verba irrepserint in illum locum. Similitudine enim litterarum inter *pontis* et *ponit* vocabula intercedente (*pontis* enim vocem ego cum aliis post *e regione* supplere non dubito) factum est, ut verba *ponit trabes* in margine scripta illuc insererentur, et altera vox extruderetur. Restat ut deleamus *bipartito* vocem, quae est in fine enuntiati; neque enim in eis, quae sequuntur binorum castrorum fit mentio. Quapropter eam vocem ex antecedente *tripertito* inepte repetitum et, cum trina castra nimis multa esse viderentur, consulto mutatam esse vix negaveris. Putaverat autem librarius, spectare verba *ut supra scripsimus* ad castra, ad quae tripartito transduxerat Caesar exercitum. Sed respiciunt ad vocem *pontis*, quam ex *ponit* supplevimus. Namque *ut supra scripsimus* nihil aliud significat nisi *quem modo commemoravimus* cfr. 4, 2 *loricati, ut supra scripsimus, ex equis descenderunt* 8, 6 *quae oppida supra sunt scripta.*

Quibus expositis initium capitis sic restituendum censeo *Caesar . . . . lapidibus corbes plenos demisit; insuper ponit trabes: ita ponte facto copias ad castra tripartito transduxit. Tenebat adversum oppidum e regione pontis, ut supra scripsimus [bipertito].*

Ad *tenebat* ex antecedentibus verbis facile subauditur *castra;* ideoque non opus est cum Stephano mutare in *tendebat*, quae vox abhorret a scriptoris consuetudine dicendi cfr. *Jahrb.* 1879 p. 862.

V, 7.

Ita diebus compluribus cupiebat Caesar, si qua conditione posset, adversarios in aequum locum deducere. In eis, quae antecedunt, scriptor nihil nisi id narravit, Caesarem

ut Pompeium ab oppido commeatuque excluderet, cum brachium ad pontem ducere coepisset, ab illo esse prohibitum idem facere conante, ideoque cotidianis proeliis esse pugnatum ita ut modo hi, modo illi superiores discederent. Neque vero quidquam narratur de Caesaris conatibus Pompei in aequum campum detrahendi. Ergo re poscitur, ut post diebus compluribus lacunam esse statuamus hunc in modum explendam *Ita diebus compluribus* consumptis *cupiebat Caesar* etc. Caesar enim postquam vidit Pompeium vi a ponte et a commeatu non posse excludi, et pontis occupandi consilio tempus teri frustraque consumi, haud ignorans se in acie pugnantem victorem esse evasurum, mutata bellandi ratione illo pontis occupandi consilio abiecto hostem in campum deducere cupiebat. Tribus autem verbis continuis ab eisdem fere litteris incipientibus facile fieri poterat, ut unum omitteretur. Cfr. 12, 5 *bene magnum tempus consumpserunt* 16, 2 *cum bene magnam partem temporis consumpsissent.*

VI, 1.

Id cum animadverteret adversarios minime velle, quos q̃m. (sic TLUFV) *ab Ulia retraxerat, ut* (in omnibus codicibus praeter L et Dorr.) *in aequum deduceret, copiis flumine traductis noctu iubet ignes fieri magnos.* Nipperdeius *ut* ante *in aequum* exstans delevit, *quos* in *quo eos* dissolvit, *q̃m* compendio *quomodo* vocem contineri censuit, quae vox raro, sed nonnumquam ita scribitur; quas coniecturas Duebner recepit haec annotans *quamquam in hoc scriptore* quos quomodo ab Ulia retraxerat, ut in aequum deduceret, *ferri posse vel debere nemini erit dubium.* Quod tametsi haud nego, tamen lenissima correctione incommodam tolli malim constructionem *ut* voce in *ita* mutata, ut respondeat *ita* antecedenti *quomodo.* Idem pro mira, qua scriptor utitur in adhibendis pronominibus relativis ubertate *quos* intactum relinquendum ratus scribendum puto *quos quomodo ab Ulia retraxerat, ita in aequum deduceret;* cfr. 22, 4 *cum .... comperissent legatorum responsa ita esse gesta, quemadmodum illi rettulissent.*

VI, 1.

ita ad *firmissimum eius praesidium Ateguam proficiscitur.* In *ann. Misn.* 1876 p. 9 demonstravi, illud *ad*, quod deest in codicibus, ex usu scriptoris esse supplendum; idem autem locus altera lacuna laborare videtur. Etenim quo spectat *eius?* Cum audacius sit, ex subsequenti enuntiato subaudire nomen Pompei, intercidisse videtur ante praesidium vox quaedam ab eisdem litteris incipiens, quam esse suspicor provinciae nisus his locis 3, 1 *Cordubam tenebat, quod eius provinciae caput esse existimabatur* 3, 4 *quibus praefecit hominem eius provinciae notum* 8, 4 *oppidorum magna pars eius provinciae montibus fere munita est.* Postremum est, ut addam me non cedere argumentis, quibus Degenhart p. 21 me iniuria illud *ad* supplevisse demonstrare conatus est. Exemplis enim, quibus usus est, rem non attigit. Accedit, quod huius praepositionis amantissimus est scriptor B. H., qua de re confer Koehler p. 67.

VI, 2.

Id cum Pompeius ex perfugis rescisset qua die facultatem et angustias carra complura multos lanistos retraxit et ad Cordubam se recepit. Quem locum ut emendarem cum iam prius (*ann. Misn.* 1879 p. 67) operam navassem, me errasse postea intellexi, qui Pompeium in castris ante Cordubam difficultate viarum cognita remansisse ratus Caesaris persequendi

caussa ipsum profectum esse negarem, quippe quod ex verbis illa excipientibus *et ad Cordubam se recepit* appareat, eum esse secutum, sed ad persequendum esse aliqua re impeditum. Quibus verbis nihil aliud significari vult scriptor nisi Pompeium in castra ante urbem sita redisse. Inde coniecturam a me propositam in *lanistos* latere *e castris* mancam esse sequitur. Quibus rebus perspectis scriptorem haec fere scripsisse manifestum est, Pompeium profectione Caesaris audita primum sequi coepisse, deinde autem ab exploratoribus de difficultatibus viarum certiorem factum insidias veritum milites, qui agmen praecedebant, retraxisse et ad Cordubam se recepisse Quapropter nescio an sit scribendum *Id cum Pompeius ex perfugis rescisset, sequi; difficultatem et angustias locorum cum explorasset, milites* antemissos *[lanistos* TFD *lonystos* U in margine *lan* ead. manu] *retraxit et ad Cordubam se recepit.* Etenim non vereor, ne in loco adeo corrupto similitudinis veri fines egrediar *lan* ex *ant'* ortum esse suspicatus; quod corruptum paulatim cum subsequenti voce in unum ita coaluit, ut fictum sit vocabulum a librariis ad connexum rerum nequaquam aptum, latinitatis tamen colore tinctum. Infinitivus historicus autem, quem *sequi* scribens restitui, plus semel in hoc libro legitur 1, 2 *Ita . . . . provinciam vastare* 29, 5 *Nostri laetari, nonnulli etiam timere* 33, 5 *ipse † de tempore coenare. difficultatem* nescio quis vetus invenit editor, *locorum* pro *carra* scriptum Dinteri debetur sagacitati, *cum explorasset, milites* ipse antea coniectavi l. a.

VI, 3.

Quem locum si *Jahrb.* CXIX p. 863 in integrum restituere sum conatus sic scribens *quo (cum) die Pompeio nuntius esset allatus, eo die proficiscitur* coniecturam meam probari nonnullorum codicum scriptura neglexi. Namque cum UVFD habeant *cui de Pompeio cum nuntius esset allatus*, sic est edendum *quo die Pompeio [cum] nuntius esset allatus*, quem in locum quemadmodum irrepserit illud additamentum multo facilius est ad intelligendum. Quamquam reticere non possum, quin adnotatiuncula quadam Duebneri a me sub VI, 1 relata permotus scriptum fuisse concedam *Quo die Pompeio cum nuntius esset allatus, eo die proficiscitur* nisus illa, de qua Koehler p. 48 subtiliter scripsit pronominorum cumulandi consuetudine, ut uno enuntiato comprehendantur pronomen relativum, cui respondeat pronomen determinativum, et particula *cum*.

VII, 1.

Caesar in munitionibus ceterisque, quae ad oppidum opus fuerunt, aggerem vineasque agere instituit. Nemo non videt verba esse corrupta. Quapropter editores post ‚oppidum' *oppugnandum,* post ‚fuerunt' *perfectis* aut *directis* inserendum censuerunt, cum equidem in *progr. Misn.* 1879 p. 66 seq. haud paucis, qui in hoc libro occurrunt respectis hellenismis *in munitionibus ceterisque* integra esse defenderem. Non recte. Namque fieri non potest, quin scriptor velit dicere, Caesarem postquam loca circum oppidum sita ad oppugnationem aptavisset, aggerem vineasque ad moenia promovisse. Unde efficitur, ut depravata sint verba *in munitionibus ceterisque.* Depravatio autem inde exorta esse videtur, quod pronomine *quae* bis exarato alteroque *quae* in *que* mutato et cum antecedente voce coniuncto sententia perturbata est, unde originem duxit corruptum illud *ceteris.* Neque vero cum Nipperdeio participium quoddam addendum neque cum Kranero *oppidum* in *oppugnandum* aut mutandum aut ad *oppidum* supplendum esse puto, sed in ipso illo *ceteris* participium *cōfectis,* in prae-

positione *in* autem latere suspicor adverbium *interim* compendio scriptum, quod proxima voce a *m* littera incipiente perfacile potuit corrumpi et mutilari. Totus igitur locus nescio an sic sit scribendus *Caesar* interim *munitionibus* confectis, *quae ad oppidum opus fuerunt, aggerem vineasque agere instituit.* Verba autem *quae ad oppidum opus fuerunt* quid significent, in propatulo est ideoque nihil mutandum; cfr. Koehler p. 88 sqq.

VII, 3.

Haec loca sunt montuosa et natura edita ad rem militarem; quae planitie [planitiae TU] *dividuntur, Salso flumine, proxime tamen Ateguam ut flumen sit* etc. Duebner suspicatus est *et Salso.* Neque tamen addita particula locus emendatus esse videtur. Quodsi comparaveris 29, 1. 2 *Planities inter utraque castra intercedebat . . . . . Hinc dirigens proxima planities aequabatur,* vix dubito, quin ob similitudinem litterarum ante *dividuntur* interciderit *dirigitur,* ut legendum sit *quae planities* dirigitur, *dividitur Salso flumine.* Altero verbo extruso *quae* subiectum esse rati librarii correxerunt *quae planitie dividuntur.*

VII, 6.

Reliquae ex fugitivis auxiliares consistebant. Kraner *auxiliares* et re et constructione incommodum seclusit, quam sententiam omnes, quantum scio, amplexi sunt editores. Attamen cum attendas, in hoc libro plus semel *auxilia* omnino poni pro *copiae* (cfr. *progr. Misn.* 1879 p. 19 et Degenhart p. 7) 39, 2 *amissisque auxiliis* 42, 6 *multis interfectis civibus auxilia contra populum Romanum comparavit,* non tam additamentum, quam corruptela ut exstet verisimile est. Genuina scriptura videtur fuisse *Reliqua auxilia ex fugitivis consistebant.* Verba *auxilia ex* cum in margine scripta in unam vocem *auxiliares* coaluissent, falso loco illata sunt.

VIII, 2.

Nam fere totius ulterioris Hispaniae regio propter fecunditatem † inopem difficilemque habet oppugnationem. Pro inepta voce *inopem* scribendum proposuit Nipperdeius *longam;* magis ad traditas litteras accomodata est coniectura Kochii *rh. M.* XVII p. 478 *impeditam.* Nescio autem an mihi assentiaris suspicanti, illas litteras *in,* quae sunt in capite corruptae vocis, deberi *m* litterae, in quam desinit vox praecedens *fecunditatem,* et fuisse in archetypo *fecunditatem* opam i. e. *operosam,* unde ortum est *fecunditatẽ inopem.*

VIII, 6.

Nam cum inter Ateguam et Ucubim . . . Pompeius ut habuit [sic TUFD; *Pompeius habuisset* V, *habuit Pompeius* L) castra constituta etc. Deleverunt editores *ut* ante habuit scriptum. Sed cum nusquam in hoc libro *cum* particula legatur coniuncta cum indicativo, et scriptura V codicis ideo nihili sit aestimanda, quod hic codex lacunis abundat, non tam *ut,* quam *cum* particula ex *nam* bis scripto corruptum delenda esse videtur. Accedit, quod scriptor coniunctiones solet arte coniungere cum verbo finito, qua de re cfr. *ann. Misn.* 1876 p. 4 et hanc ipsam commentationem sub XXV, 7.

IX, 1.

Quod Pompeius quod eodem iugo tegebatur loci natura et remotum erat a castris Caesaris animadvertebat loci difficultatem [difficultate Em. Hoffmann, quod probatur a Duebnero)

et quia flumine Salso intercludebatur, non esse commissurum Caesarem, ut in tanta loci difficultate ad subsidium mittendum se committeret [sic Nipperdeius; *committendum se mitteret* codices praestantiores]: *ita* [*ista* Aldus; *ita hac* Dinter] *fretus opinione tertia vigilia profectus castellum oppugnare coepit.* Haud pauci sunt huius capitis loci, in quibus dissentio a novissimis editoribus. Ac primum quidem vereor, ne Hoffmanni coniectura, quamvis speciosa, non sit emendatio. Etenim ut elegans illa et quaesita enuntiati structura Tacito hercle digna *loci difficultate et quia flumine intercludebatur* non convenit simplici dicendi rationi, qua utitur scriptor B. H., ita scriptoris propria est talis orationis contortio, qualis est in verbis *animadvertebat loci difficultatem et . . . . non esse commissurum Caesarem.* Sequitur, ut paucis disseram de Nipperdei emendatione. Ut concedam, verba tradita *ad subsidium committendum* inusitate esse dicta, ut delenda sit *com* syllaba, tamen eam ex fine antecedentis vocis *subsidium* ortam, quam cum insequenti voce coniungi malim. Nam si tecum reputaveris, castra Caesaris in monte fuisse constituta, illa autem castra Postumiana si volebat defendere Caesar, ei de monte in planitiem fuisse descendendum, facile intelligitur scriptum fuisse non tam *se committeret*, sed *se demitteret; de* syllaba similitudine antecedentis vocis *se* extrusa est. Cfr. B. G. 5, 32 *cum se pars in convallem demisisset* 6, 40 *se iniquum in locum demiserunt* 7, 28 *ubi neminem in aequum locum sese demittere viderunt* B. C. 1, 7 *ut sese in vallis universi demitterent* 2, 34 *cum se in vallem demitterent* B. H. 26, 6 *ad dimicandum descenderent* 28, *Caesarem nolle in convallem descendere* 24, 2 *haec res necessario devocabat, ut ad dimicandum descenderet.* Restat, ut addam illud Aldi *istam* abhorrere a consuetudine scriptoris, quapropter Dintero assentior scribenti *ita hac opinione fretus*, cfr. 28, 3 *Ita hac opinione fretus tuto se facere posse existimabat.*

IX, 4.

Quo peracto cum ex castello repugnare coepissent maioribusque castris Caesari nuntius esset allatus, cum III *legionibus est profectus, ut laborantibus succurreret nostris; et cum ad eos appropinquasset, fuga perterriti multi sunt interfecti* etc. Rerum connexus docet, *eos* non pertinere ad nostros, sed ad hostes, qui impetum faciunt in castra Postumiana; ad eosdem scilicet pertinent verba *fuga perterriti* etc. Apparet igitur, verba *ad eos,* cum nihil habeant, quo respiciant, esse corrupta. Hinc facilis est coniectura ea *adĭos* compendio male intellecto orta esse ex una voce *adversarios*, et scriptum fuisse *et cum adversarios appropinquasset.* Idem *appropinquandi* verbum cum solo accusativo obiecti coniunctum legitur in quinto huius libri capite *fluminis ripas appropinquantes.*

XII, 6.

Hi cum eruptionem facere coepissent, tamen virtute militum nostrorum [qui] etsi inferiore loco premebantur, tamen repulsi adversarii bene multis vulneribus affecti in oppidum se contulerunt. Pro altero *tamen*, quod secludere solebant editores, scribe *tandem.* Toto autem enuntiato eadem repeti, quae antecedentibus verbis sunt explicata *praeterito noctis tempore eruptionem ad legionem* VI *fecerunt, cum in opere nostri distenti essent, acriterque pugnare coeperunt; quorum vis repressa a nostris* cum nemo non videat, tamen, etiamsi taetram eiusmodi iterationem apud tam malum scriptorem ferendam censes, hoc loco eam scriptori deberi habeo, cur diffidam. Etenim licet haud raro accidat, ut res iam narratae

denuo narrentur, tamen, quod viderim, eiusmodi repetitiones ita sunt constitutae, ut inter primam et alteram narrationem intercedant nonnulla. Hoc autem loco nihil intercedit. Qua re adductus totum locum aliunde perperam in hoc caput translatum esse mihi persuasi. Unde autem irrepserit, cum in tanta rerum similitudine difficile sit ad diiudicandum, ad connexum rerum apte inseritur post verba *per iactus solitus est mitti* praecedentis capitis.

XIV, 4.

Qui cum aliquo loco a nostris excepti essent, ut consuessent, ex simili virtute clamore facto aversati sunt proelium facere. Cuius loci integritatem cum plus semel *ann. Misn.* 1876 p. 11 seq. *Jahrb.* CXIX p. 864 falsa interpretatione deceptus impugnaverim, iam in eo est, ut et meos et aliorum tollere coner errores. Ac primum quidem si Duebner *consuessent* depravatum censet ex *consuerant*, coniunctivus pro indicativo positus ne possit movere suspicionem inde mihi effici videtur, quod cum in enuntiatis relativis sexcenties haec invenitur modorum permutatio (cfr. *progr. Misn.* 1876 p. 5 sqq.), tum post particulas apud vulgaris sermonis scriptores variat usus modorum cfr. Alb. Koehler pp. 53 sqq. et 56. In hoc ipso libro hunc testatur usum 23, 2 *hic dum in opere nostri distenti essent*, quo loco perperam mutavit Nipperdeius *dum* in *cum;* in *bello Africano* 41, 4 *Postquam Iuba ante portas diu multumque . . . . egisset.* Coniungenda autem sunt illa verba cum eis, quae subsequuntur ironice dictis *ex simili virtute clamore facto;* item ironice dictum est *cum aliquo loco excepti essent*, quod Lipsius in *cum aequo loco* corrigendum esse putavit. Proxima autem verba *aversati sunt proelium facere* ut iterum iterumque impugnarem eo sum adductus, quod in proximo capite uberius narratur pugna inter Pompeianos et Caesarianos pugnata. Attamen sunt genuina. Sententia autem est haec fere. Adversarii quamquam cedendo (cfr. infra *usque eo ut eadem proxime a vallo* scilicet castrorum Pompei *fecerint)* ne proelium committant primum recusant, tamen ab equitibus Caesaris acerrime urguentibus pugnam inire coguntur; quam sententiam non plane esse expressam, quae est scriptoris narrandi consuetudo, non debemus mirari. Exempla huius consuetudinis collegit Degenhart p. 13 sqq.; cfr. *Jahrb.* CXIX p. 866 seq. et hanc ipsam commentationem sub 36, 3.

XVI, 2.

Pro *cum bene magnam partem muri consumpsissent* scribendum proposui *Jahrb.* CXIX p. 864 *partem* noctis nisus § 1 eiusdem capitis *ut ea nocte turres aggeremque incenderent et tertia vigilia eruptionem facerent.* Addo etiam in subsequenti paragrapho extrema legi *nocte tota ultra stabat flumen Salsum in acie.* Depravatio profecta est ex 13, 4 *ad murum opus facere coeperunt et bene magna prioris muri parte deiecta.*

XVII, 2. 3. 4.

Cuius funestae laudes quoniam ad hanc fortunam reciderunt, ut [*in* V] *cives Romani indigentes praesidii et propter patriae luctuosam perniciem dedimur hostium numero.* Post *praesidii* lacunam notavit Nipperdeius. Recta autem et plena fit sententia, si duabus lenissimis litterarum commutationibus usus scribis et *cives Romani indigemus praesidii et propter* etc. Turbatum eorum quae subsequuntur verborum ordinem restituisse mihi videor in *progr. Misn.* 1876 p. 14. Porro post *obtinuimus* omnes codices exhibent *victoriam,* a Nipperdeio deletum,

a me in *rix tuarum* commutatum *Jahrb.* CXIX p. 864 et cum *legionum* coniungendum, quae vox indiget accuratiore definitione. Iam deleto pronomine *qui* ex superiore enuntiato falso adscripto nihil est, quod sententiam turbet. Sequitur, ut finem capitis in integrum statum revocare conemur. Est autem sic traditus *tua virtute superati salutem a tua clementia deposcimus petimus ut* [*petimusque et* UF] *et* [pro *ut* in D expuncto] *qualem gentibus me praestiti, similem in civium deditione praestabo.* Post *qualem* et finem orationis Tulli excidisse et initium eorum verborum, quae Caesar respondisset rati editores lacunam significaverunt, ut equidem iudico, non recte. Nam cum neque in oratione legati aut in responso Caesaris, praeterquam quod levia quaedam errata sunt corrigenda, quidquam ad complendam sententiam desideretur, neque Caesarem legatis hostium respondentem multis verbis usum esse verisimile sit (cfr. 13, 5 *se condiciones dare, non accipere consuevisse* et 19, 6 *se Caesarem esse fidemque praestaturum*), aliud depravati loci sanandi remedium esse adhibendum videtur. Ac primum haesito an ferri nequeat verbum *deposcimus*, quod cum legatos civitatis paene victae victori duci supplicantes minime decere in propatulo sit, depravatum et falso positum esse iudico ante *petimus*, quae vox et re et constructione ad ea, quae antecedunt verba *salutem a tua clementia* est aptissima. Accedit, quod in optimis codicibus deest *que* in U et F perperam adscriptum; in his ipsis autem et in D non *ut* sed *et* exaratum est. Quapropter videntur in corrupto archetypo fuisse haec *salutem a tua clementia petimus deposcimus et qualem* etc. In his autem verbis corruptis *deposcimus et* latere suspicor Responsum est, *qualem* etc., cfr. 13, 5 *quibus respondit Caesar* et 19, 6 *Quibus respondit.* Si quis autem diffidat, verba ad intelligendum facillima talem in modum posse corrumpi, conferat 35, 1, ubi omnes codices haec habent *Ita cum ad oppidum sese tuendum*, ubi quin scriptum fuerit *esset rentum* nemo dubitat, et desinet me nimiae insimulare audaciae. Extremum est, ut commemorem, post *qualem* excidisse videri *alienis*. Totum igitur locum sic velim scribas *Cuius funestae laudes quoniam ad hanc fortunam reciderunt, et cives Romani indigemus praesidii et propter patriae luctuosam perniciem dedimur hostium numero, qui neque in illius prospera fortuna primam, neque in adversa secundam obtinuimus aciem. Vix tuarum [qui] legionum tot impetus sustentantes nocturnis diurnisque operibus gladiorum ictus telorumque missus exceptantes* [Dinter: *expectantes* codd.] *relicti* [Nipperdeius: *victi* codd.] *et deserti a Pompeio tua virtute superati salutem a tua clementia petimus. Responsum est: „Qualem alienis gentibus me praestiti, similem in civium deditione praestabo.“*

XVIII, 5.

*Ita litteris acceptis cum in oppidum revertisset, qui mittere glandem inscriptam solebant***. Insequenti tempore duo Lusitani fratres* etc. Nipperdeius correxit *solebat* et lacunam notavit; qua notata non tolluntur, quae sunt suspecta. Etenim si quis existimaverit lacunam in hunc fere modum esse explendam *prensus et occisus est*, in capite XX haec leguntur *Hoc praeterito tempore in oppido, quod fuit captum, servus est prensus in cuniculo, quem supra demonstravimus dominum iugulase: is vivus est combustus.* Praeterea enuntiatum relativum *qui mittere glandem inscriptam solebat* ideo non potest stare, quod ex eis, quae antea narrantur, eum semel tantum antea indicium in glande scriptum ex Pompei castris misisse apparet. Quodsi rerum connexum *Jahrb.* CXIX p. 865 explicatum perspexeris, te non fefellerit, extruso *qui* locum ita esse scribendum *Ita litteris acceptis cum in oppidum*

revertisset [qui] mittere glandem inscriptam solebat, nisi forte putas in deprauato pronomine latere compendium vocis cuiusdam vim *solendi* verbi augentis, de quo reperiendo desperavi. Neque tamen infitior, non multum abesse, quin et ipse ante *Ita litteris acceptis* lacunam significandam esse credam, quippe quod desiderentur quaedam, quibus docemur, quomodo factum sit, ut tabellarius in urbem mitteretur.

XVIII, 7.

Eodem tempore tabellarii eius deprehensi, qui ad oppidum reuelant; quorum litteras Caesar oppidanis abiecit et qui vitam sibi peteret |*peterent* L] *iussit turrem ligneam oppidanorum incendere; id si fecisset* |*fecissent* L], *ei se* [UFVS, marg. D *eis* L *ei* T] *promisit omnia concessurum. Quod difficile erat factu, ut eam turrem sine periculo quis incenderet. Ita fune crure de ligno cum propius accessisset, ab oppidanis est occisus.* De altera huius loci dimidia parte licet plus semel disputaverim, tamen cum mihi non videar satisfecisse, denuo paucis non possum non disserere. De Goduini coniectura *fune crure deligato* a plerisque editoribus probata, qua mea quidem sententia falsior non potest cogitari, non habeo, cur iterum verba perdam. Ipse quoque scribens *funestam turrem ligneam cum propius accessisset* non tam verba emendavi, quam poetico illo vocabulo perperam loco non idoneo inserto et syllaba *de* neglecta corrupi. Quae ut in integrum statum restituam, ea, quae antecedunt, examinare necesse est. Atque ut initium capiam ab illo enuntiato *et qui vitam sibi peteret* quis est, quin miretur, unum tantum ex captis tabellariis vitam a Caesare petisse? Quapropter non dubito codicis L scripturam *peterent* recipere, unde sequitur ut etiam in proximis corrigamus cum L *id si fecissent, eis se promisit* etc. Etenim vix erraveris, qui suspicatus sis Caesarem complures, qui ad difficile opus sese obtulerant, sibi servasse captivos, ut si primus conatus esset frustratus, superessent, qui negotium infectum in se susciperent. Quibus ex viris Caesarem eum, qui ipsi maxime idoneus esse videbatur, ad turrem incendendam elegisse, idque a scriptore esse commemoratum simillimum veri est. Quas in res cum cogitationes meas contulissem, eo sum adductus, ut nunc censeam esse scribendum *Ita fine turre delectus nocte cum propius accessisset* paucis litteris mutatis et contaminato illo vocabo *deligno* in duas voces distracto. De *fine* praepositionis loco posito plebeio Romanorum sermoni proprio accuratius scripsit Koehler p. 75; idem p. 79 sqq. de abundantia verborum disputavit, cuius nescio an me sis accusaturus scribentem *fine turre propius accessit;* quapropter pauca, sed perspicua afferam exempla 1, 5 *maiores augebantur copiae* 3, 7 *ut sileat verba facere* 4, 1 *ante praemisit* 14, 2 *item eadem consuetudine* 24, 3 *necessario cogi* 29 *propius appropinquare* 35, 4 *rursus denuo recipitur* 38, 6 *celeri festinatione* 48, 8 *rursus redire* 41 *Tum praeterea accedebat, ut* etc. Temporis autem descriptionem in verbis corruptis inesse inde potest intelligi, quod proximum enuntiatum ab his incipit verbis *Eadem nocte* etc.

XXI, 3.

Insequenti die Pompeius securi percussit homines LXXIV, *qui dicebantur esse fautores Caesaris victoriae; reliquos versum oppidum iussit deduci.* Verba *versum oppidum* sensu cassa mutanda esse suspicor in *rursus in*, ut legitur 34, 4 *rursus Hispalim in oppidum recipitur* et 40, 7 *rursus ad Hispalim recurrit.* Frequentissimus huius vocabuli usus est in bello Africano. Cui coniecturae est subsidio, quod et scriptor B. H. aliis locis utitur

ad . . . . versus 10, 3. 11, 1 aut *ad . . . . versum* 18, 5 aut solo *versus* 20, 1, neque in bello Africano legitur *versum*, sed aut *ad . . . . versus* 8, 3. 23, 3. 37, 2. 62, 2. 80, 3 aut *versus* 7, 3. 24, 3. 63, 3. 87, 1.

XXII, 4.

et speculatores ad oppidum Ateguam miserunt. Lacuna, quam ante haec verba notandam putabat Nipperdeius non opus esse docui *Jahrb.* CXIX p. 866 seq. pro *miserunt* cum vulgata scribens *missi sunt.* Proximum est, ut *et* mutemus in *ita*, ut haec evadat sententia: Caesar ex legatis, quae facta sint Ursavone, audit ideoque speculatores ad oppidum mittit. Ad quod autem oppidum? Num Ateguam, quod legitur in codicibus? Minime gentium! Nam agitur de Ursavone. Itaque dele illud *Ateguam*, a librario ex fine capitis *ex quo die oppidum Ategua esset captum* temere illatum, ut oppidum item referatur ad Ursavonem atque in verbis infra scriptis *Cum ad oppidum venissent.* Sic enim scribendum puto mutato *Qui*, quod exhibent codices, in *Cum*. Solet autem edi servato pronomine *Qui cum ad oppidum venisset*, quo videtur non esse opus.

XXII, 7.

ideirco quod, ex quo die oppidum Ategua esset captum, metu conterritos complures confugere in Baeturiam. Quod anacoluthon vel in hoc libro vix ferendum leni tollitur verborum transpositione, si scribitur *ideirco quod, ex quo die oppidum Ategua captum, esset metus conterritos complures profugere in Baeturiam.* De metuendi verbo cum accusativo cum infinitivo coniuncto cfr. Draeger *histor. Syntax* II, p. 374 seq. et R. Kuehner *ausführl. Gramm. d. l. Spr.* II, p. 510. *Esse* verbum eodem modo in enuntiato relativo interceptum legitur 34, 2 *Erant hic legiones, quae ex perfugis conscriptae.*

XXIII, 3.

Itaque praeter consuetudinem cum a nostris animadversum esset cedere. Sic codices. Glandorpius, quem sequitur Duebner, maluit *nostros;* Nipperdeius scripsit *nostris accidere.* Sed nihil mutari opus est, nam *nostris* non est coniungendum cum *cedere*, quo in verbo hoc loco inest notio *accidendi*, sed cum *animadversum est.* Sententia est haec: Atque ita praeter consuetudinem fieri cum a nostris esset animadversum etc.

XXIII, 4.

Ita cum eius compar proelium facere coepisset, ingressus pedem offendit. Iure haeserunt nonnulli editores in voce *ingressus*, ideoque Lipsii *regressus* scribentis laudaverunt coniecturam. Propius autem ad traditos litterarum ductus accedere mihi videor scribendo *in* re*gressu* cfr. 25, 8 *ut, nostri equites in receptu dum ad castra redeunt, adversarii cupidius sunt insecuti.*

XXIII, 5.

Huius concidentis temporis aquari fortis insignia cum complures adversariorum concursum facerent etc. Nipperdei vestigia secutus corrigentis *In huius concidentis, centurionis ac viri fortis insignia* ipse in *progr. Misn.* 1879 p. 68 haec scribenda proposui *In huius concidentis* torquis *atque viri fortis insignia.* Erravi cum Nipperdeio, quippe qui particulam *ac* sive *atque* in sermonem scriptoris B. H. intulerim, qua de re confer, quaeso, quae in

praefatione huius commentationis exposui. Quam ob rem non immemor illius miri genetivi absoluti, qui legitur in capite XIV, 1 *Eius praeteriti temporis* paucis mutatis legendum suspicor *Huius incidentis temporis ad viri fortis insignia cum . . . . concursum facerent*, ut *Huius incidentis temporis* idem significet atque *Qua occasione oblata*. De *ad* praepositione cfr. 21, 2 *equites ad aquatores nostros excucurrerunt*. De hellenismis huius libri cfr. *progr. Misn.* l. a. p. 66 seq.

XXIII, 7.

Nam et munitione praesidii ita coangustabantur, ut eques spatio intercluso vix se defendere posset. Cum nullo alio loco inveniatur in hoc libro *et* particula notione *etiam* particulae praedita, sed ubique legatur *etiam* (8, 3. 23, 8. 38, 2. 41, 3. 42, 7), dubito, an sit scribendum *Nam et munitione* et *praesidiis ita coangustabantur, ut* etc. Apparet enim ex eis, quae antecedunt, intra ipsas castrorum munitiones esse pugnatum, ita ut Caesariani et operibus et hostium impetu urguerentur.

XXIV, 5.

Quibus mons, non virtus saluti fuit. Quod subsidio nisi advesperasset, a pauciori-bus nostris omni auxilio prirati essent. Varios huius loci emendandi conatus, de quibus confer *Jahrb.* CXVII p. 273, cum nolim repetere, iam satis habeo commemorare facillime me locum sic emendari posse putare *Quibus mons subsidio, non virtus saluti fuit* cfr. 31, 7 *quibus oppidum fuit subsidio* 40, 6 *quae res eorum vitae fuit subsidio. Subsidio* in margine adscriptum et falso loco illatum esse omnes praeter unum Dinterum opinati sunt editores scribentem *Quo subsidio subnisi, nisi* etc.

XXV, 1.

nam praeter equites nullo loco aequo se committere audebant. Glandorpius corrigendum putavit *nulli*, ut esset nominativus, quod omnes praeter Dinterum probavere editores novissimi. Neque tamen, licet inconcinnus sit sermo, vulgaris ille dativus exturbandus videtur; facillime enim ex eis, quae antecedunt, subauditur subiectum *adversarii*. De *nullo* dativo cfr. Cic. *Mur.* 12, 26. Caesar *B. G.* 6, 13. *B. C.* 2, 7. Sall. *Iug.* 97, 3.

XXV, 2.

Cum nostri in opere essent, equitum copiae concursus facere coeperunt, simulque vociferantibus legionariis cum locum efflagitarent ut consueti insequi existimare posses paratissimos esse ad dimicandum. Haud gravibus opus est mutationibus ad locum emendandum. Scribe *simulque vociferantibus legionariis* cum *locum efflagitarunt, ut consuetudinis insuetus existimare posses* etc. Verba autem *cum locum* spectant ad ea, quae leguntur initio capitis *Insequenti die pari consuetudine cum ad eundem locum eius praesidium venisset:* verbi *efflagitandi* subiectum subauditur ex ancipiti subiecto praecedentis enuntiati *adversario-rum equites*. Contracta perfecti forma legitur 34, 1 *occuparunt*. De multis coniunctivi et indicativi permutationibus in libris manuscriptis B. H. occurrentibus confer, quae exposui *Jahrb.* CXIX p. 867.

XXV, 5.

Nam inter bellatores principes dubia erat posita victoria, ut prope videretur finem bellandi duorum dirimere pugna. Finem dirimere etsi soloece est dictum, tamen sic a

scriptore videtur esse scriptum. Nam etiamsi negas esse hellenismum, ut idem sit atque *finire pugnam*, verba nulla opera licet interpretari. Victoria enim alterius equitis cum tamquam victoria eius factionis esse videretur, ipsi bello finem erat factura, ut finis belli, qui alioquin non singulorum hominum certamine, sed communi exercituum pugna solet adduci, ab illis quasi demeretur sive dirimeretur. Inde corrige, quae *Jahrb.* CXVII p. 275 de hoc loco exposui.

XXV, 6.

Ita aridi cupidique suarum quisque ex partium virorum fautorumque voluntas [*voluntate* Norv., Petav.] *habebatur.* Primus locum misere truncatum tentavit Dinter scribens audacter *expetebant victoriam fautorumque voluntas magnum utrimque virtutis incitamentum habebatur*, quem ex parte secutus in *progr. Misn.* 1879 p. 68 emendandum proposui *[ex] partium victoriam fautorumque voluntatem sectabatur.* Sed cum tunc ipsum vererer, ne audacius verba tradita mutarem, re saepe et iterum pensitata leniorem emendationem me spero invenisse *Ita aride cupideque suarum cuique ex partium virorum fautorumque voluntate favebatur.* De *faveri* passive usurpato cfr. Cic. *offic.* 2, 13 *non modo non invidetur illi aetati, verum etiam favetur. Orat.* 2, 51 *studiis autem eorum . . . favetur.* Quint. 5, 7, 31. *ei praecipue favetur.* Spartian. Pescenn. 2 *huic ita fautum est a senatoribus;* de *quisque* loco *uterque* pronominis adhibito cfr. Georges *l. l.* sub *quisque.*

XXV, 7.

Quorum virtute alacri cum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorumque laudis insignia praefulgens opus caelatum quorum pugna esset prope profecta dirempta, nisi propter equitum congressum [Nipp., *concessum* codd.] *ut supra demonstravimus, levem armaturam praesidii causa non longe ab opere castra constituit.* Semper miratus sum, quod transpositionem verborum *scutorumque laudis insignia praefulgens opus caelatum* post *Quoniam ferocitas Antistii* inserendorum, quam proposuit Schneider, sprevere viri critici. Nam ordine verborum ita constituto *Quoniam ferocitas Antistii, laudis insignia scutorumque praefulgens opus caelatum omnium mentes converterat ab opere ad spectandum* nihil est, quod possit offendere. In eis autem, quae sequuntur, cum *dirempta* voce aliunde perperam illata verborum connexum disturbari facile intelligatur, quin ipsa in locum omissi cuiusdam verbi finem certaminis significantis successerit, non videtur esse dubium. Intercidisse autem verisimile est vocem *perfecta* post *profecto,* ut verba *esset perfecta* respondeant eis, quae totum enuntiatum clausisse suspicor *esset dirempta.* Extremum est, ut pro altero *Quorum* in capite enuntiati exstante ponamus *Qua re,* alterum mutemus in *duorum,* ut haec evadant *Quare virtute alacri cum ad dimicandum in planitiem se contulissent, duorum pugna esset prope profecto perfecta, nisi propter equitum congressum, ut supra demonstravimus, esset dirempta.* Proxima verba *Jahrb.* CXVII p. 274 ita conatus sum emendare *Levem armaturam praesidii causa non longe ab opere prope castra Caesar constituit,* nisi forte arbitraris, facilius intercidisse *Caesaris* nomen post vocem *causa.*

Finis capitis cum in libris manuscriptis ita sit exaratus *Ut nostri equites in receptu dum ad castra redeunt, adversarii cupidius sunt insecuti, universi clamore facto impetum dederunt,* Nipperdeius post *nostri* defectum notavit, veteres autem editores corrigendum puta-

bant *nostros*, quod probavere E. Hoffmannus, Duebner, Dinter. Ab utrisque recedo. Verba enim *universi . . . . impetum dederunt* respiciunt ad levem armaturam praesidii causa prope castra in convalle constitutam, quae simul cum equitibus in Caesaris equitatum ipsos persequentem facit impetum; tradita autem structura *Ut, nostri equites in receptu dum ad castra redeunt, adversarii cupidius sunt insecuti* licet sit hiulca, tamen redolet scriptoris B. H. latinitatem. De *dum* particula postposita confer hos locos 14, 2 *Item insequenti die eadem consuetudine dum longius prosequitur* 23, 6 *Ita cupidius dum intra praesidia illorum student eadem facere* 36, 3 *Nostri dum incendio detinentur* 40, 5 *eodem signo fugientes latrones dum persequuntur;* semel tantum 37, 1 legitur in capite enuntiati *dum Caesar reliqua oppida oppugnat.* Si H. Kraffert *Beiträge zur Kritik u. Erklärung latein. Autoren II* p. 79 *dum ad castra redeunt* glossema esse iudicat ob abundantiam sermonis, hanc ipsam scriptoris proprietatem plane neglexit.

XXVI, 3.

Etsi prout nostra felicitas ex sententia adversarios adhuc propulsos qui si aequo loco sui potestatem facerent, celerius quam vestra opinio fert, bellum confecissem. Lacuna ante *qui* ab editoribus statuta supersederi posse videtur duabus litteris sublatis et duabus corruptis vocibus *propulsos qui* in unam contractis, ut legatur *Etsi . . . . adversarios adhuc propulsari, si aequo loco* etc.

XXVI, 4.

nostrisque adhuc freti [sic codices praeter T et L, qui habent *fixi*] *praesidiis bellum ducunt.* Cum ex insequentibus verbis *Nam singulas civitates circumsederunt: inde sibi commeatus capiunt* intellegatur, scriptorem illis verbis ea, qua saepissime utitur brevitate hoc velle significare, Pompei sententia iam diu fuisse futurum, ut hostes ab ipso vincerentur, nisi adversariorum oppidis deinceps expugnandis iterum iterumque novas copias, nova subsidia sibi compararent, unam tantum scripturam *freti* sinceram esse manifestum est. Idem verbi *praesidii* usus, ut significetur oppidum munitum, legitur 6, 1 et 41, 1. Accedit, quod *fretus* haud raro invenitur (9, 2. 16, 3. 28, 3), nunquam *fixus*.

XXVIII, 4.

*Namque ut superius demonstravimus loca excellentia tumulis contineri, interim nullā planitie dividit**** id quod eo incidit tempore.* Omnes quae adhuc propositae sunt corrupti loci emendationes eo laborant vitio, quod aut vocem *intervalli* aut particulam *ac* in sermonem scriptoris inferunt, qui ab utroque abhorret vocabulo. Quapropter non nisi eiusmodi verbis usus, quibus ipse utitur scriptor, omissa lacuna emendandum esse opinor *Namque ut superius demonstravimus loca excellentia tumulis contineri, item* c o n v a l l e *planitie dividi, id quod eo incidit tempore.* Legitur *convallis* 7, 1. 25, 2. 28, 2. 39, 2; *item* autem adverbio scriptor plus semel ita utitur, ut insit notio particulae adversativae *autem* cfr. 1, 3 *nonnullae civitates . . . auxilia mittebant, item nonnullae portas contra eludebant* 21, 1 *nonnullos interfecerunt, item alios viros abduxerunt* 40, 6 *nonnulli . . . scaphas . . . occupant, item nonnulli complures nando ad naves . . . se recipiunt.* De structura enuntiati hellenismum praebentis cfr. *ann. Misn.* 1879 p. 66, quem neque hoc loco neque 31, 4 *Dextrum ut demonstravimus decumanos cornu tenuisse* deleto *ut* — id quod fecit Dinter — sublatum velim.

XXIX, 4.

ut locus illa planitie equitatum [*equitatem* L, unde Nipperdeius *aequitatem*] *ornaret* [*evocaret* Kraner] *et diei solisque serenitatem, ut* etc. Corruptela facillime tollitur scribendo *ut locus illa planitie aequitate ornaretur et diei solisque serenitate*, ut *planitie* sumendum sit pro genetivo cfr. *acie* Caes. *B. G.* 2, 23. *B. Afr.* 51, 6. *die B. G.* 7, 11. *B. C.* 1, 14. 3, 76. *meridie B. G.* 7, 83. Pertinent autem verba *illa planitie aequitate* ad ea, quae paulo ante sunt relata *Caesar . . . non habuit dubium, quin media planitie in aequum ad dimicandum adversarii procederent.* Eadem loci significatione praeditum, quae apud nullum, quantum scio, alium legitur scriptorem latinum, infra legis *aequitatis* verbum *Interdum aequitas loci adversarios efflagitabat, ut tali condicione contenderent ad victoriam.*

XXIX, 5.

Nostri laetari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res fortunaeque omnium deducerentur, ut quidquid post horam casus tribuisset, in dubio poneretur. Verba *post horam* cum neque ipse, quid significarent, intellexissem, neque quisquam ex editoribus, quemadmodum ea intellegi vellet docuisset, locum depravatum ratus in *progr. Misn.* 1876 p. 19 seq. scribendum proposui *post laborem.* Nuperrime autem venit in mentem, et ad rerum connexum et ad traditos ductus aptius scribi *ut quidquid potior iam casus tribuisset.* Baumstark autem si ita vertit *Die meisten in Caesars Heere waren darüber voll Freuden, einige aber auch voll Furcht, da jetzt das Schicksal aller auf einem Punkte stehe, welcher unbestimmt lasse, was nach einer Stunde sein werde,* hoc non est vertere, sed hariolari. Potiorem autem casum iam a fortuna tributum esse pars Caesarianorum falso putaverat; speraverant enim, hostem, quem in acie stantem viderant, in planitiem esse descensurum, seque ex superiore loco facile fore superiores. Quae spes eos fefellit; Pompeiani enim cum locum superiorem non relinquerent, Caesar ipse signum dedit procedendi, ut ipsi in iniquiorem locum descendere cogerentur. Qua re factum est, ut nonnulli spem suam certissimam frustratam esse quererentur.

XXIX, 6.

in quo sibi prope murum adversariis constituebant. Quo de loco emendando quid iudicem quoniam *Jahrb.* CXVII p. 275 seq. et CXIX p. 866 exposui, restat ut addam, lenissimam mihi iam eam videri correctionem, qua in ipsis illis corruptis verbis *in quo* latere ratus a*cie*m*qu*e scribam *aciemque sibi prope murum adversarii constituebant* cfr. 25, 7 *levem armaturam praesidii causa non longe ab opere prope castra constituit.*

XXXI, 4.

qui etsi erant pauci, tamen propter virtutem magno adversarios timore eorum opera afficiebant. Erravi, qui in *progr. Misn.* 1876 p. 20 verba *eorum opera* praeter rationem dicta esse ideoque removenda esse iudicarem; erravit Degenhart, qui p. 27 *opera* ablativum esse et *eorum* pro reflexivo pronomine *sua* sumendum docet. Quamquam ipse confitetur *Huius usus nullum aliud exemplum novi.* Etenim etiamsi non solum scriptores vulgares, sed etiam elegantiores haud raro loco pronominis reflexivi utuntur pronomine determinativo in oratione obliqua atque ibi non nisi in enuntiatis secundariis, tamen homines latine loquentes tali usos esse libertate in enuntiatis primariis orationis rectae nemo adhuc, quoad sciam, praeter

Degenhartum contendit. Exempla autem, quae affert 22, 5 *Ita . . . petiit ab oppidanis, ut ei liceret . . . proficisci* et 33, 5 *Ita . . . servum iussit et libertum, qui fuisset eius concubinus* etc. non valent ad eius confirmandam sententiam. Itaque *eorum opera* subiectum verbi *afficiebant* esse puto, ut idem sit, atque *fortiter eorum facta.*

XXXI, 4.

Quae [scilicet *acies*] *simul est mota, equitatus Caesaris sinistro* [emend. Nipp.; *sinistrum* codd.] *premere coepit; ita uti eximia virtute proelium facere [possent], ut locos in aciem ad subsidium veniendi non daretur.* Nipperdeius cum Oudendorpio seclusit *possent;* pro *ita uti* posuit *at illi; illi* autem pertinere vult ad decumanos. Sed cum hoc ipso loco scriptor equitatus impetu legionem hostium ad transeundum tardatum esse dicat, leniore correctione scribi malim *ita usi eximia virtute proelium facere,* ut haec verba respiciant et ad decumanos et ad Caesaris equitatum. Quo de loco praeterea confer, quae exposui sub XXXII, 3.

XXXII, 1. 2. 3.

Ex fuga hac qui oppidum Mundam sibi constituissent praesidium nostrique cogebantur necessario eos circumvallare. Ex hostium armis etc. Secluserunt editores illud *que* cum *nostri* coniunctum. Nihil tamen obstat, quominus in hoc libro scribamus *nostri quia cogebantur . . . circumvallare, ex hostium armis* etc., ut incipiat enuntiatum primarium ab his proximis verbis *ex hostium armis* etc.

ex hostium armis pro cespite cadavera collocabantur, scuta et pila pro vallo. Turbatum verborum ordinem Nipperdeius ita restituendum esse censuit, ut scriberet *scuta et pila pro vallo, pro cespite cadavera collocabantur.* Pro natura autem et cadaverum et scutorum pilorumque verisimilius videtur scriptum fuisse *ex hostium armis scuta et pila pro cespite, pro vallo cadavera collocabantur,* cum haud difficile sit ad intellegendum, ipsum vallum i. e. aggerem ex cadaveribus hominum esse exstructum, eumque scutis et pilis tamquam caespite esse tectum et munitum. Quae res aliorum quoque scriptorum testimoniis comprobatur. Valeri Maxim. VII, 6, 5 *Divi Iuli exercitus . . . cum armis Mundam clausisset aggerique exstruendo materia deficeretur, congerie hostilium cadaverum quam desideraverat altitudinem instruxit eamque tragulis et pilis, quia robureae sudes deerant . . . . vallavit* Flori *epit.* IV, 2 *Hoc a praelio profugi cum se ad Mundam recepissent et Caesar obsideri statim victos imperasset, ex congestis cadaveribus agger effectus est, quae pilis iaculisque confixa inter se tenebantur* Appian. bell. civ. II, 105 ἐκέλευσε τὸν στρατὸν ἐκτειχίσαι τὴν Κορδύβην, οἱ δὲ κάμνοντες τοῖς γεγονόσι τά τε σώματα καὶ τὰ ὅπλα τῶν ἀνῃρημένων ἐτεφόρουν ἀλλήλοις καὶ δόρασιν αὐτὰ διατήγνοντες ἐς τὴν γῆν ἐπὶ τοιοῦδε τείχους ἠλίσαντο Dion. XLIII, 38 ὅπως τὴν πόλιν . . . . ἀποτειχίσωσιν, αὐτὰ τὰ σώματα τῶν νεκρῶν περιῆσαι.

insuper [*praefixa* add. Dinter] *occisi* [ab editoribus seclusum] *ad gladiorum mucrones capita hominum ordinata ad oppidum conversa universa* [secluserunt novissimi editores] *hostium timorem**** virtutis que insignia proposita viderent et vallo circumcluderentur adversarii, ita* etc. Sic Nipperdeius locum mutilatum restituit, lacunam Dinter verbo *augebant* explevit. Codicum autem scripturae sunt haec *occisi et gladio* (*gladios* V) *ut mucro* [*mucronem* V) *et capita* TUFV; *in gladio ut in veru et cap.* L; *et gladii et* (*ut* D) *mucrones et cap.* Dδ), a quibus verbis incipiam. Etiam hoc loco capitis ordinem verborum turbatum esse

cum sit manifestum, paulo audaciore emendatione opus est. Ac primum quidem mirum est, milites ad praefigenda capita non nisi gladiis aut mucronibus esse usos, quam ad rem aptissimae sunt hastae. Quapropter illam, quam L codex praebet scripturam *in gladio ut in veru et capita* amplexus mihi persuasi in *universa* voce, nunc ab editoribus neglecta et falso loco inserta latere *in veruta*, et totum locum ita fuisse scriptum *insuper accidit, ut in veruta et gladios et mucrones capita hominum ordinata ad oppidum conversa, virtutis quae insignia proposita viderent et vallo circumclûderentur adversarii, hostium timorem* augerent. *Ita Galli* etc.

Corrupta verba *occisi et* in unum contraxi verbum *accidit;* praeterea illud enuntiatum *virtutisque insignia* etc. una voce *que* in *quae* mutata post *ad oppidum conversa* inserui. Cetera omnia ex illa, quam optimi codices praebent et syllabarum et verborum farragine sunt sumpta. Reliquum est, ut et postpositionem pronominis relativi scriptori propriam esse, et ex pronomine *quae* ablativum *quibus* cum *circumcluderentur* coniungendum ex usu vulgaris sermonis subaudiri posse ostendam. Postpositum est pronomen his locis 11, 2. *Q. Marcius tribunus militum qui fuisset Pompei* 27, 2 *proelium ad Soriciam quod factum est* 32, 1 *ex fuga hac qui . . . sibi constituissent* 34, 6 *ex proelio quos circummunitos superius demonstravimus.* Quanta autem libertate homines plebei usi sint in contrahendis enuntiatis constructione ex variorum casuum pronominibus relativis pendentibus, intelligere potes ex *B. Afr.* 64, 1 *quem Caesar in Hispania cum reliquis dimiserat et postea ad Pompeium se contulerat,* ubi ex accusativo *quem* subaudiri necesse est nominativum *qui* ad *se contulerat* pertinentem, qua libertate non utuntur elegantiores scriptores cfr. R. Kuehner, *ausf. Gramm. d. lat. Sprache* II p. 874. Hoc autem loco asperitas sermonis eo lenitur, quod alterum enuntiatum incipit ab ablativo *vallo*, qui quasi substitit in locum eius, qui subaudiendus est ablativus pronominis relativi *quibus*. Non autem haerendum esse in cumulatione participiorum molestum in modum coacervatorum haud dubie concesseris, si contuleris 17, 2. 3 *sustentantes . . . exceptantes . . . relicti . . . deserti . . . superati.* Est hic quoque hellenismus.

XXXII, 3.

Ita Galli tragulis iaculisque oppidum ex hostium cadaveribus sunt circumplexi oppugnare coeperunt. Sunt seclusit Schneider, quem omnes secuti sunt editores; ipse pro *Galli* in *progr. Misn.* 1876 p. 21 scribendum proposui *illi.* Erravi. Etenim si exempla, quae Preuss contulit, inter se comparaveris, ubique — segreganda nimirum sunt exempla, ubi *ille* pronomen orationis obliquae loco est pronominis demonstrativi *hic* 19, 3 *illam esse oppressam* 22, 4 *quemadmodum illi rettulissent* ibid. *illius opera se perisse* 22, 5 *illi se satisfacturum* — ubique illud pronomen cum persona coniunctum sive absolute positum 23, 6. 29, 7. 32, 8 sive contrarie 5, 4 16, 2. 17, 2. 19, 2. 22, 3. 25, 3. 36, 3 pertinere ad adversarios i. e. ad Pompeianos. Est haec altera caussa, cur Nipperdei coniecturam 31, 5 pro *ita uti* scribentis *at illi*, ut *illi* spectet ad decumanos aciei Caesarianae non possim non refutare. Quapropter etiam illud *Galli* tenendum est, nisi forte scribi mavis *Gallis tragulis iaculisque*, cum nullo alio loco scriptor ad significandam aliquam Caesariani exercitus partem populi cuiusdam utatur nomine.

Proxima autem verba, ex quibus editores duce Schneidero eiecerunt *sunt*, quod est in omnibus bonis libris, ita scripta fuisse suspicor *Ita Gallis tragulis iaculisque oppidum ex*

quo *hostium cadaveribus sunt circumplexi, oppugnare coeperunt.* Post *ex* inserui *quo* his nisus locis 22, 7 *ex quo die esset captum* 27, 2 *ex eo tempore metum esse magnum.*

XXXIII, 6.

In verbis *Cn. Pompeius cum equitibus paucis nonnullisque peditibus ad navale praesidium parte altera Carteiam contendit Jahrb.* CXVII p. 277 verba *parte altera* ex interpolatione esse censui atque ita exorta, ut *Carteiam* sive *Carteia* bis exarato altera vox in duas dirimeretur et suppleretur voces sensu cassas. Quam opinionem non esse falsam codicum confirmatur auctoritate. Etenim cum TFV habeant *parte altera* [omisso *Carteiam*], D δ *par Carteiam,* U *parte Carteiam altera,* nemo non videt, corruptelam ita esse propagatam

Carteiam archetypus
par Carteiam D δ
parte Carteiam
parte Carteiam altera U
parte altera TFV.

Locus in similem modum corruptus legitur initio capitis XXXVII, ubi genuina scriptura voce *dum* falso iterato et a librario quodam in *duces* completo corrupta est.

XXXIII, 1.

Cum eo circumventum [*eo cum ventum* D, Vindobon. 7; *circumventi essent* L] *esset conviciari* [sic Aldus; *conviciare* codd.] *coeperunt.* Delevere editores *circum;* sed cum sit in omnibus fere melioribus libris, nescio an scriptum fuerit *Cum eo conventum esset* cfr. 24, 1 *ad Soricam utrorumque convenere copiae;* idem non reformido formam activam, licet alibi, quantum scio, non inveniatur, revocare, quam praebent codices *conviciare* vulgari ut videtur propriam sermoni, qua de re cfr. Koehler p. 25 sqq.

XXXIII, 3.

pecuniam et argentum in praesentia familiae donavit. Verba *in praesentia* adhuc egere interpretatione ostendi *Jahrb.* CXVII p. 277 seq.; neque Degenhart p. 12 neque Koehler p. 89 rem acu tetigerunt. Scribendum duxi *in* praepositione eiecta *praesenti familiae.* Sed cum antea narretur, Scapulam familiam et libertos convocasse, *praesenti* superfluum videtur esse; quapropter malim scribi *pecuniam et argentum insuper maerenti familiae donavit.*

XXXIII, 4.

Ipse de tempore coenare. Suspectum est *de tempore,* quod apud alium scriptorem latinum non legitur. Cuius de interpretatione cum ambigant homines docti (Georges = *tempore* zur gewöhnlichen Zeit; Kuehner et Draeger et Degenhart = *in tempore* bei Zeiten, zur rechten Zeit, Koehler = *de die* am hellen, lichten Tage) quin restituendum sit id, quod sexcenties in hoc libro legitur *Ipse eodē tempore* 5, 20. 2. 16, 5. 18, 3. 6. 19, 2. 5. 21, 1 cfr. *idem temporis* 3, 1. 4. 12, 3. 13, 3. 20, 4 *id temporis* 3, 7 non dubito.

XXXIV, 3.

Legio XIII *oppidum defendere coepit. Non* [vel *coepit, non* optimi codd. praeter L *coepit: nam cum,* quem secutus est Dinter] *cum iam repugnarent turres* (sic F δ, Oudend.; *repugna-*

rentur res TUVD; *repugnaretur eis* L] *ex parte et murum occuparunt* [*occuparent* T pr.; D *rent* in ras. septem litterarum]. *Denuo* [sic. codd.; *denique* Nipp. *legatos ad Caesarem mittunt* etc. Quem locum levissima mutatione sanari posse puto scribens *Legio . . . defendere coepit ne, cum iam repugnarent* [scilicet illi, qui ad Caesarem defecerant], *turres . . . occuparent. Demum legatos ad Caesarem mittunt* etc. Sic omnia sunt plana. Legio autem, quae oppidum defendere coepit, est Pompeianorum. *Demum* eadem *denique* adverbii notione praeditum legitur Sueton. *Calig.* 6 *Et ut demum fato functum palam factum est* etc. *Galba* 3 *Quidam putant, quod oppidum Hispaniae frustra diu oppugnatum inlitum demum galbano facibus succenderit* etc. *Demum* autem ad traditos litterarum ductus multo propius accedit, quam *denique.*

XXXVI, 3.

Nostri dum incendio detinentur, illi profugiunt et ab equitibus conciduntur. Quo facto oppido recuperato Astam iter facere coepit. Iure Dinter omnes illas, quas Nipperdeius, Kraner, alii post *detinentur, conciduntur, oppido recuperato* lacunas notandas esse censebant, neglexit. Etenim quid dicere velit scriptor an non possit dilucidius dici haesito: Caesariani postquam Lusitanos, qui Hispalim acerrime defendebant, dolo ex oppido elicuerunt et insidiis illaqueatos conciderunt, facillime oppido praesidio privato potiuntur; quo facto Astam iter faciunt.

XXXVIII, 4.

Nam idcirco propter suo praesidio [*suum praesidium* V, Petav., D corr. δ et Schneideriani] *fuisset conspectus celeriter ad* [omiserunt codd. praeter T L φ, D pr., *at* Pet.) *munitum locum natura ceperat* | *quem ceperat* L] *sibi Pompeius quamvis magna multitudine deducti homines ex superiore loco defendere possunt subeunt in adventu nos depellunt qui telis* [*in adventu nostri, depelluntur telis* Vindob. 3, Schneider, Dinter]. Delevit Dinter verba inde ab *propter* usque ad *ad;* vereor tamen, ne non tam esse interpolationem, quam molestam iterationem, cuius verborum turbatus est ordo, scriptori propriam ex consuetudine eius ducere cogamur. Omnibus autem, quae et codices et usus sermonis vulgaris mihi praebebant subsidiis usus locum ita resarcire ausus sum *Nam idcirco* cum *propter fuisset conspectus, celeriter ad suum praesidium munitum locum natura ceperat sibi Pompeius,* quem *quamvis magna multitudine deducta homines ex superiore loco defendere possent; subeunt in adventu nostri depelluntur*que *telis. Propter* sumendum est pro adverbio, *prope* adverbii notione praeditum; *ad* autem praepositionem in sermone vulgari paullatim occupasse locum dativi, huius ipsius libri duobus confirmatur exemplis 31, 5 *ad subsidium venire* et 31, 4 *ad subsidium traducere.* Praeterea nolo omittere, pro dativo finali solere scriptores argenteae latinitatis uti praepositione *ad* cum *praesidii* voce coniuncta cfr. Liv. 3, 5, 3 *L. Valerius ad praesidium urbis relictus* 4, 27, 1 *relicto Cn. Iulio consule ad praesidium urbis* 6, 22, 1. 24, 12, 4. 26, 42, 1. 28, 46, 10. 21, 23, 3. 23, 25, 11 *neque de eo exercitu, quem ad praesidium Apuliae haberet, quiequam minui* 23, 32, 16 *iis ut ad regionis eius praesidium.* De cumulatione autem pronominum in vulgari sermone obvia *celeriter ad suum praesidium . . . . ceperat sibi Pompeius)* confer, quae Koehler p. 48 sqq. disputavit; de *deducendi* verbo ita usurpato, ut idem sit, atque *adducere* cfr. Preuss sub *deduco.* Extremum est, ut addam, non opus esse adiectivo *pauci* sive *perpauci*, quo indigere censebant editores vocem *homines,* quia apud

scriptorem B. H. haud raro idem significat, atque *milites* 3, 9 *existimabant probe magna pars hominum, qui in his castris fuissent.* 13, 6 *fere magna pars hominum, qui in castris nostris essent, non dubitarunt* 30, 4 *Quod cum hominum* [i. e. militum in acie stantium] *auribus esset obiectum.* Itaque *homines* vertendum est *seine Leute.*

XL, 6.

nonnulli ea pugna scaphas, quae ad litus fuerant, occupant, item nonnulli [est in TLq] *complures nando ad naves, quae in salo fuerant, se recipiunt.* Delevit Aldus *nonnulli*, quod deest in aliquot codicibus, propter insequens, ut videtur, *complures.* Sed tenendum est, *complures* autem est coniungendum cum *naves* e scriptoris consuetudine nonnullis verbis interpositis a substantivo seiuncto, qua de consuetudine cfr. *progr. Misn.* MDCCCLXXVI, p. 4.

XLI, 1.

Fabius Maximus, quem ad Mundam praesidium oppugnandum reliquerat, operibus assiduis lurnisque [L Scal; *lurnis* TL; *iurnis* F; *diurnis* Petav.; *et diurnis* V] *circum se interclusi inter se decernere facta caede bene magna faciunt.* Certissima est Dinteri coniectura et elegans *assiduis diurnis nocturnisque*, ad quam fulciendam mihi liceat addere *Frontin. aqu.* 104 *salientes assiduissime interdiu et noctu.* In proximis autem ab eo haud pauca supplente verba dissentio, quippe qui una tantum syllaba addita et *discordare* infinitivo, quem cum Nipperdeio pro *decernere* scribendum esse puto, locum emendari posse mihi persuaserim ita distinguens *Fabius . . . . operibus assiduis diurnis nocturnisque circumse*dit [sc. Mundam praesidium]. *Interclusi inter se discordare: facta caede bene magna* eruptionem *faciunt* [ex emendatione Dinteri]. Simillimam structuram ita constitutam, ut verbum finitum asyndetos excipiat infinitivus historicus, legis 23, 4 *Ipse eodem* [ex coniect.] *tempore coenare, sicam* † *et nardum identidem sibi infundit.*

XLI, 4.

Huc accedebat, ut aqua praeterquam in ipso oppido nam [*una* F] *circumcirca nusquam reperiretur.* Inde, quod omnes boni codices habent *nam,* F autem *una,* sequitur, ut liceat suspicari in archetypo fuisse *unam,* qua in corrupta voce latere puto truncatum *in* cam*po*, cfr. 27, 6 *in campum Mundensem cum esset ventum.*

XLII, 5.

Ac [sic plerique codices; *Hac* TFV; *Ut* D corr.] *Pompeius* † *ad oppidum oppugnationem tutiorem efficeret, omnem materiem circum oppidum succisam intro congessit. Ac* particulam in capite enuntiati exaratam non posse ferri ex eis intelligitur, quae in praefatione huius libelli exposui. Nipperdeius suspicatus est *Nam Pompeius* etc.; traditas autem litteras scriptorisque consuetudinem *hic* et *huc* adverbiis liberrime utentis, qua de re confer 5, 2. 6, 4. 14, 3. 25, 4 multa alia loca, respiciens non dubito corrigere *Huc Pompeius* etc. Proxima verba autem adhuc indigent certa emendatione. Nipperdei enim illud *ut oppidum ad oppugnationem tutius efficeret,* quamquam re est aptissimum, tamen audacius, quam verius videtur; neque aliae, quae propositae sunt ab aliis emendationes, satisfaciunt omnibus ex partibus, neque Oberlini *ut oppidi oppugnationem lentiorem efficeret,* neque Kochi *impeditiorem* neque mea *tardiorem.*

XLII, 7.

An me deleto non animum advertebatis decem habere legiones populum Romanum, quae non solum vobis obsistere, sed etiam caelum diruere possent. Decem additamentum seclusit Nipperdeius; adeo autem est stolidum, ut aegre id ex interpolatione esse credam. Inesse videtur vocativus *dementes,* cuius ultima intercidit syllaba; H. Kraffert, Beiträge II p. 101 in *ducem* mutavit, quae vox quid hoc loco sibi velit, ego non intellego.

Index locorum.

I, 5. 4	pag. 3.	XXIV, 5	pag. 14.
II, 2	„ 3 seq.	XXV, 1	„ 14.
III, 6	„ 4.	XXV, 2	„ 14.
III, 9	„ 4.	XXV, 5	„ 14 seq.
IV, 1	„ 5.	XXV, 6	„ 15.
V, 1. 2	„ 5 seq.	XXV, 7	„ 15.
VI, 1	„ 6 bis.	XXV, 8	„ 15 seq.
VI, 2	„ 6 seq.	XXVI, 3	„ 16.
VI, 3	„ 7.	XXVI, 4	„ 16.
VII, 1	„ 7 seq.	XXVIII, 4	„ 16.
VII, 3	„ 8.	XXIX, 4	„ 17.
VII, 6	„ 8.	XXIX, 5	„ 17.
VIII, 2	„ 8.	XXIX, 6	„ 17.
VIII, 6	„ 8 et 15 seq.	XXXI, 4	„ 17 seq.
IX, 1	„ 8 seq.	XXXI, 4	„ 18.
IX, 4	„ 9.	XXXII, 1. 2. 3	„ 18 seq.
XII, 6	„ 9 seq.	XXXII, 3	„ 19 seq.
XIV, 4	„ 9 et 21.	XXXIII, 6	„ 20.
XVII, 2. 3. 4	„ 10 seq.	XXXIII, 1	„ 20.
XVIII, 5	„ 11 seq.	XXXIII, 3	„ 20.
XVIII, 7	„ 12.	XXXIII, 4	„ 20.
XXI, 3	„ 12 seq.	XXXIV, 3	„ 20 seq.
XXII, 4	„ 13.	XXXVI, 3	„ 21.
XXII, 7	„ 13.	XXXVIII, 4	„ 21.
XXIII, 3	„ 13.	XL, 6	„ 22.
XXIII, 4	„ 13.	XLI, 1	„ 22.
XXIII, 5	„ 13 seq.	XLI, 4	„ 22.
XXIII, 7	„ 14.	XLII, 5	„ 22.

XLII, 7 pag. 23.

Jahresbericht

über

die Fürsten- und Landesschule Meissen

vom Juli 1884 bis Juli 1885.

I. Lehrverfassung.

Übersicht des von Ostern 1884 bis Ostern 1885 erteilten Unterrichts.

A. in Sprachen und Wissenschaften.

Oberprima. Klassenlehrer Rektor und Professor Dr. Peter.

Lateinische Sprache, 8 St. Tacit. ann. XV. XVI. Cicer. de orat. I cap. 1—8 u. 24 —fin. 4 (3) St. Mündliches Übersetzen aus Seyfferts Übungsbuch für Sekunda, Emendation der Aufsätze und der (alle 14 Tage abwechselnden) Pensa und Extemporalia 1 (2) St. Disputationsübungen im Anschluss an Cic. pro Milone und Liv. XXI 1 St. Rektor. Horaz, Satiren und Episteln mit Auswahl und metrische Arbeiten. 2 St. Fleischer.

Griechische Sprache, 7 St. Thucyd. IV mit Auswahl im S., Platos Protagoras im W. 3 St. Korrektur der alle 14 Tage abwechselnden Pensa und Extemporalia und Repetition ausgew. Abschnitte der Syntax 1 St. Angermann. Sophokles Oedip. rex im S., Aeschylos Prometheus und (kursorisch) Aristophanes Frösche im W. 3 St. Rektor.

Privatim wurden unter Kontrolle des Ordinarius von allen gelesen: Tacit. Germania, ferner von einzelnen nach freier Wahl namentlich Sophokles und Tacitus.

Deutsche Sprache, 3 St. Lessings Leben und Hauptschriften im S., Goethes Leben und bedeutendste Schriften im W., Übungen im freien Vortrag und im Disputieren, Korrektur der Aufsätze. Höhne.

Französische Sprache, 2 St. Victor Hugo Ruy Blas, Repetitionen aus Sand, Mare au diable; Mündliches Übersetzen ins Franz. aus dem Übungsbuch von Burguy. Emendation der freien Arbeiten und Extemporalien; Repetition der Syntax; Perorierübungen. Köhler.

Hebräische Sprache, 2 St. Lektüre von Übungsstücken aus Seffer, Genesis c. 1—9, Psalm 95—100. 103. 118. 137. Repetition der Formenlehre und Syntaktisches, meist im Anschluss an die Lektüre. Höhne.

Religionslehre, 2 St. im S. mit Unterprima kombiniert: Lukasevangelium c. 1—4, Repetition früherer Jahrespensen; im W.: Lukasevangelium c. 6—16; Repetitionen. Höhne.

Geschichte, 2 St. mit Unterprima kombiniert: Geschichte der neuen Zeit, vom Ende des ersten schlesischen Krieges bis zu den Freiheitskriegen. 1 St.: Repetition der Geschichte des Altertums, des Mittelalters und der Neuzeit bis zum 18. Jahrhundert. Flathe.

Mathematik, 4 St. Übersicht der Lösungsmethoden geometrischer Aufgaben durch Konstruktion und Rechnung (algebraische und trigonometrische Analysis). Kombinatorik und binomischer Lehrsatz für ganze positive Exponenten; im S. Die Kegelschnitte (synthetisch),

Zinseszins- u. Rentenrechnung. Summarische Repetition der gesamten Schulmathematik. Monatsarbeiten und gelegentlich Extemporalien. Milberg.

Naturkunde, 2 St. Akustik, Optik, Kalorik. Meutzner.

Unterprima. Klassenlehrer Professor Dr. Angermann.

Lateinische Sprache, 8 St. Cicero Briefe nach der Auswahl von Süpfle im S., Tuscul. I. III c. 1—24 im W., 3 St. Korrektur der Aufsätze u. der (alle 14 Tage abwechselnden) Pensa und Extemporalia, Übungen im latein. Sprechen (meist im Anschluss an die Ilias u. an Cicero de imp. Cn. Pomp.), Stilistik, mündl. Übersetzen aus Seyfferts Übungsbuch für Sekunda, 3 St. Angermann. Horat. od. lib. I u. II mit Auswahl, u. einzelne Oden aus lib. III u. IV; die ausgelassenen Oden wurden privatim gelesen, 15 memoriert; Emend. der metr. Arbeiten. 2 St. Gilbert.

Griechische Sprache, 7 St. Plato Sympos. c. 1—5, 30—fin.; Kriton; Phädon c. 1—11. c. 57—fin. im S., Thucyd. VI, 93—fin., VII, 1—71 im W. (3) 4 St. Korrektur der alle 14 Tage abwechselnden Pensa und Extemporalia, Repetition und Ergänzung der Syntax nach Seyfferts Hauptregeln (2) 1 St. Angermann. Lyriker nach Buchholz' Anthologie (ausser Theognis u. Pindar) im S., Sophokl. Philoktet im W. 2 St. Rektor.

Privatim wurden von allen gelesen unter Kontrolle des Ordinarius die nicht in der Klasse gelesenen Oden des Horatius u. die Ilias zu Ende, Sallust. Iug., Quintil. lib. X, von einzelnen Cicero Reden u. de amicitia, Herodot, Lysias, Platos Apologie, Plutarchs Agis u. Kleomenes u. die beiden Gracchen.

Deutsche Sprache, 3 St. Die Grundbegriffe der Logik. — Lektüre von Klopstocks Oden mit litterargeschichtlicher Einleitung und von Schillers Antrittsrede, einigen philos. Gedichten und ausgehobenen Abschnitten aus der Abhandlung über naive und sentiment. Dichtung. Übungen im mündlichen Vortrag, Zurückgabe der schriftlichen Arbeiten. Flathe.

Französische Sprache, 2 St. Arago, James Watt u. Victor Hugo, Ausgewählte Gedichte. Repetition der Grammatik. Emendation der freien Arbeiten und Extemporalien. Übungen im mündlichen Übersetzen aus dem Deutschen ins Franz. nach Plötz' Übungsbuch, Perorierübungen. Köhler.

Hebräische Sprache, 2 St. Die Lehre vom Nomen, vom Zahlwort und von den Partikeln, Repetition des Pensums der Obersekunda, einiges aus der Syntax, Lektüre aus Seffers Übungsbuch und von Josua c. 1—9. Pensa und Extemporalia. Köhler.

Religionslehre, 2 St., im S. kombiniert mit Oberprima; im W.: Lektüre der Hauptabschnitte aus Pauli Briefen an die Galater, Korinther, Römer; Repetitionen aus früheren Jahreskursen. Höhne.

Geschichte, 2 St. kombiniert mit Oberprima; 1 St.: Griech. Geschichte bis zum Peloponnesischen Krieg; Repetition des Mittelalters. Flathe.

Mathematik, 4 St. Arithmetische u. geometrische Progressionen. Schluss der Trigonometrie. Stereometrie. Monatliche Arbeiten und zuweilen Extemporalien. Meutzner.

Naturkunde, 2 St. Schluss der Wärmelehre. Mechanik. Meutzner.

Obersekunda. Klassenlehrer Professor Dr. Fleischer.

Lateinische Sprache, 8 St. Cicero pro Milone u. Livius XXI. Vergil. Aen. I. Auswahl aus den Eklogen 5 St. Grammatik nach Ellendt-Seyffert § 202—216, § 343—350 und Repetition und Ergänzung der übrigen Syntax mit Hervorhebung des Stilistischen 1 St. Anleitung zur Anfertigung lat. Aufsätze, Übungen im lat. Sprechen. Mündliches Übersetzen aus Seyfferts Übungsbuch für Sekunda. Korrektur der Aufsätze, der alle 14 Tage abwechselnden Pensa, Extemporalia und der metrischen Arbeiten. Memoriert wurden Abschnitte aus Homers Od. I, aus der Ilias und aus lat. Dichtern. 2 St. Fleischer.

Griechische Sprache, 7 St. Herod. VIII c. 1—82 im S., Lykurg gegen Leokrates im W., 3 St. Korrektur der alle 14 Tage abwechselnden Pensa und Extemporalia, Grammatik

bant *nostros*, quod probavere E. Hoffmannus, Duebner, Dinter. Ab utrisque recedo. Verba enim *universi . . . . impetum dederunt* respiciunt ad levem armaturam praesidii causa prope castra in convalle constitutam, quae simul cum equitibus in Caesaris equitatum ipsos persequentem facit impetum; tradita autem structura *Ut, nostri equites in receptu dum ad castra redeunt, adversarii cupidius sunt insecuti* licet sit hiulca, tamen redolet scriptoris B. H. latinitatem. De *dum* particula postposita confer hos locos 14, 2 *Item insequenti die eadem consuetudine dum longius prosequitur* 23, 6 *Ita cupidius dum intra praesidia illorum student caedem facere* 36, 3 *Nostri dum incendio detinentur* 40, 5 *eodem signo fugientes latrones dum persequuntur;* semel tantum 37, 1 legitur in capite enuntiati *dum Caesar reliqua oppida oppugnat.* Si H. Kraffert *Beiträge zur Kritik u. Erklärung latein. Autoren II* p. 79 *dum ad castra redeunt* glossema esse iudicat ob abundantiam sermonis, hanc ipsam scriptoris proprietatem plane neglexit.

XXVI, 3.

Etsi prout nostra felicitas ex sententia adversarios adhuc propulsos qui si aequo loco sui potestatem facerent, celerius quam vestra opinio fert, bellum conferissem. Lacuna ante *qui* ab editoribus statuta supersederi posse videtur duabus litteris sublatis et duabus corruptis vocibus *propulsos qui* in unam contractis, ut legatur *Etsi . . . . adversarios adhuc propulsari, si aequo loco* etc.

XXVI, 4.

nostrisque adhuc freti [sic codices praeter T et L, qui habent *fixi*] *praesidiis bellum ducunt.* Cum ex insequentibus verbis *Nam singulas civitates circumsederunt: inde sibi commeatus capiunt* intellegatur, scriptorem illis verbis ea, qua saepissime utitur brevitate hoc velle significare, Pompei sententia iam diu fuisse futurum, ut hostes ab ipso vincerentur, nisi adversariorum oppidis deinceps expugnandis iterum iterumque novas copias, nova subsidia sibi compararent, unam tantum scripturam *freti* sinceram esse manifestum est. Idem verbi *praesidii* usus, ut significetur oppidum munitum, legitur 6, 1 et 41, 1. Accedit, quod *fretus* haud raro invenitur (9, 2. 16, 3. 28, 3), nunquam *fixus*.

XXVIII, 4.

